

RESTAURATION DER HEILIGEN OPFERFEIER

(Fortsetzung)

Zu diesem Beitrag vergleiche die Ausführungen desselben Autors in Heft 2 und 3/1959. Wir veröffentlichen diesen Vorschlag für einen Meß-Ordo, weil er in seinem Gesamten mancherlei wertvolle Anregungen zu einer möglichst sinngemäßen Gestaltung der Meßfeier bringt, ohne die Ehrfurcht vor jetzt bestehenden Formen in irgendeiner Weise vermissen zu lassen.

Die Schriftleitung

Vorschlag für einen Meß-Ordo

In der folgenden übersichtlichen Darstellung des „restaurierten“ Meß-Ordo wird der Wortlaut der Litanei mitgeteilt. Nach dem lateinischen Meß-Ordo folgt eine Übersetzung dieser Litanei. Die Übersetzung der anderen Gebete findet ja der nicht lateinkundige Leser in einem Volksmeßbuch (z. B. Schott I oder II).

Der Entwurf schlägt vor, daß dieser Ritus nur gestattet, also nicht vorgeschrieben werden soll; er soll nur dort ausgeführt werden, wo er gewünscht wird oder wo die Gläubigen dafür aufgeschlossen sind. Wie dieser Vorschlag auf den bisherigen Brauch Rücksicht nimmt, so auch folgender: Die bisher gebräuchlichen Meßbücher sollen auch für den „restaurierten Ritus“ verwendbar sein. Da aber der „restaurierte“ Meß-Ordo vom herkömmlichen nicht unerheblich abweicht, soll statt der Kanon-Tafel ein eigenes Buch mit dem Meß-Ordo verwendet werden wie bei der Messe der Bischöfe und Prälaten. (Ebenso soll im restaurierten Ritus — wenigstens bei der missa cantata — für die Händewaschung ein eigenes Kännchen mit Schüssel oder Becken verwendet werden. Was bisher ein Vorrecht der Prälaten war, soll wegen der Erhabenheit und Größe der hl. Handlung auf jede feierliche Opferfeier ausgedehnt werden.) Der Kanon soll im Ordo des restaurierten Ritus dreimal geboten werden: einmal mit Rubriken, dann ohne Rubriken und schließlich mit Noten. Der Kanon soll einmal ohne Rubriken und Noten vorliegen, weil diese Ausführung den Gebets-Charakter stärker hervortreten läßt. Dabei sollen kleine Zeichen diesen Text auch ohne Noten für Priester, die ein gutes musikalisches Gehör haben, zum Singen brauchbar machen. (Beim Zeichen ^ steigt die Silbe um einen Ton, bei ' um eine kleine Terz; bei ` fällt der Ton.) Die Worte des Kanons, die den Opfer-Charakter aussprechen, sollen im Druck hervorgehoben werden. Im Satz „offerimus praeclarae Majestati Tuae“ („wir bringen Deiner erhabenen Majestät dar“), der die Darbringung des hl. Opfers feierlich ausspricht und deshalb einen gewissen Höhepunkt bildet, sollen die Worte „Majestati Tuae“ mit besonders auszeichnenden Buchstaben gedruckt werden (in Prachtausgaben mit goldenen).

Im folgenden Ordo werden nur die bedeutendsten Rubriken angeführt. Um Mißdeutungen vorzubeugen, sei erinnert, daß dieser Entwurf nur ein Vorschlag ist; der kirchlichen Behörde steht es zu, die Ausführung zu gestatten.

ORDO

CELEBRANDI SACRUM SACRIFICIUM SECUNDUM RITUM ROMANUM RESTAURATUM MISSA CANTATA SINE MINISTRIS MAJORIBUS

PRAEPARATIO

Modus I.

(Sacerdos cum ministris in sacristia psalmum Judica et Confiteor cum versiculis usque ad orationem Aufer a nobis inclusive modo consueto recitat.)

Modus II.

(Sacerdos alba et stola indutus ante altare stans clara voce dicit:)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Introibo ad altare Dei.

(Populus respondit:) Ad Deum, qui laetificat juventutem meam.

Sac.: Adjutorium nostrum...

Pop.: Qui fecit...

Sac.: Confiteor

Pop.: Deo omnipotenti...

Sac.: Misereatur nostri...

Pop.: Amen.

Sac.: Indulgentiam...

Pop.: Amen.

Modus III.

(Sacerdos stola et alba indutus ante altare cantat:)

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

(Populus cantat:) Qui fecit caelum et terram.

(Lector vel cantor cantat:) Confiteor Deo omnipotenti...

(Sacerdos in tono lectionis dicit:) Misereatur nostri...

Pop.: Amen.

Sac.: Indulgentiam...

Pop.: Amen.

INTROITUS

(Sacerdos s. sacrificium celebraturus cum ministris ecclesiam solemniter ingreditur. Sacerdote ingrediente cantores „Introitum“ incipiunt. Sacerdos cum ministris se ante altare profunde inclinat; deinde altare osculatur et finem „Introitus“ exspectat. Diebus solemnibus incensatio altaris adhiberi potest.)

LITANIA seu KYRIE ELEISON

A. (diebus dominicis et festivis)

(Sacerdos canit vel alta voce dicit:)

Pro immaculata Dei Vivi ecclesia per totum orbem còstituta
Divinae bonitatis opulentiam dèprêcâmùr!

(Populus cantat:) Kyrie eleison!

Pro sánctis Dei Magni sacerdotibus et ministris sacri altaris cunctisque Deum
Verum colentibùs pòpulis
Christum Dominum sùpplicâmùs!
R. Kyrie eleison!

Pro úniversis recte tractantibus verbum vèritàtis
multiformem Verbi Dei sapientiam peculiariter òbsêcrâmùs!
R. Kyrie eleison!

Pro hís, qui se mente et corpore propter caelorum regna castificant et spiri-
tualium laborè dèsdùdant,
Largitorem spiritualium munerum òbsêcrâmùs!
R. Kyrie eleison!

Pro réligiòsis principibus omniue militia eorum, qui justitiam et rectum
judiciùm dîligunt,
Domini omnipotentiam òbsêcrâmùs!
R. Kyrie eleison!

Pro júcunditate serenitatis et opportunitate pluviae atque aurarum vitalium
blandimentis ac diversorum temporum prospèrò cùrsu
Rectorem mundi Dominum dèprêcâmùr!
R. Kyrie eleison!

Pro hís, quos prima Christiani nominis initiavit agnitio, quos jam desiderium
gratiae caelestis àccèndit,
Omnipotentis Dei misericordiam òbsêcrâmùs!
R. Kyrie eleison!

Pro hís, quos humanae infirmitatis fragilitas et quos nequitiae spiritalis in-
vidia vel varius saeculi erròr ìnvòlvit,
Redemptoris nostri misericordiam ìmplôrâmùs!
R. Kyrie eleison!

Pro hís, quos peregrinationis necessitas aut iniquae potestatis oppressio vel
hostilitatis vexat àèrûmna,
Salvatorem Dominum sùpplicâmùs!
R. Kyrie eleison!

Pro júdaica falsitate aut haereticis pravitate deceptis vel gentilium super-
stitionè pèrfûsis
veritatis Dominum dèprêcâmùr!
R. Kyrie eleison!

Pro óperariis pietatis et his, qui necessitatibus laborantium fraterna caritatè
sùbvèniunt,
misericordiarum Dominum dèprêcâmùr!
R. Kyrie eleison!

Pro ómnibus intransibilibus in hac sanctae domus Dei atria religioso corde et supplici devotíone

convenienter Dominum gloriae deprecámur!

R. Kyrie eleison!

Pro émundatione animarum corporumque nostrorum et omnium venia peccatórum

Clementissimum Dominum supplicámus!

R. Kyrie eleison!

Pro réfrigerio fidelium animarum, praecipue sanctorum Domini sacerdotum, qui huic ecclesiae praefuerunt cathólicae,

Dominum spirituum et universae carnis iudicem deprecámur!

R. Kyrie eleison!

B. (*diebus quotidianis*)

Cantor: Kyrie eleison!

pueri: Kyrie eleison!

omnes: Kyrie eleison!

cantor: Christe eleison!

pueri: Christe eleison!

omnes: Christe eleison!

cantor: Kyrie eleison!

pueri: Kyrie eleison!

omnes: Kyrie eleison!

(„Kyrie eleison“ etiam aliis modis cantari potest; e. g. lectore, viris, mulieribus alternantibus. Si lector vel cantor non adest, sacerdotem pro cantore „Kyrie eleison“ canere licet.)

(GLORIA)

(Solummodo diebus Dominicis extra tempus Adventus et Septuagesimae et Quadragesimae, item festis primae vel secundae classis et per octavas Paschae et Nativitatis Domini dicitur.)

ORATIO

Dominus vobiscum!

Et cum spiritu tuo!

Oremus! . . . per omnia saecula saeculorum.

Amen.

LECTIO

(Oratione finita sacerdos ad pulpitem in cornu epistolae vadit et lectionem [epistolam] versus populum legit. Lectione finita cum ministris in sedilibus sedit, dum responsorium graduale et cantus „Alleluja“ vel tractus canuntur.)

RESPONSORIUM, GRADUALE vel CANTUS ALLELUJA

(Loco responsorii gradualis cantus „Alleluja“ a Dominica „in Albis“ usque ad octavam Pentecostes inclusive canitur.)

(CANTUS ALLELUJA VEL TRACTUS)

(Cantus „Alleluja“ post responsorium graduale solummodo diebus dominicis et festis [etiam simplicibus] extra tempus Septuagesimae et Quadragesimae canitur.)

His cantibus finitis sacerdos ad altare vadit et „Munda cor meum“ orat. Deinde acolythis comitantibus cum libro Evangelii ad pulpitem in cornu Evangelii vadit et s. Evangelium versus populum legit.)

EVANGELIUM

Dominus vobiscum!

Et cum spiritu tuo!

Sequentia sancti Evangelii secundum N.

Gloria Tibi, Domine!

(C R E D O)

(„Credo“ diebus Dominicis, festis Domini nostri Jesu Christi et B.M.V., natalitiis apostolorum, festis primae classis, per octavas privilegiatas dicitur.)

ORATIONES SOLEMNES

(Si qua necessitas aut desiderium fidelium id exigat, orationes solemnes, quae feria sexta Parasceves post passionem dicuntur, dici possunt; omnis tamen „flectamus genua“ diebus dominicis et per tempus paschale.)

PRAEPARATIO OBLATORUM cum CANTU OFFERTORII

Dominus vobiscum!

Et cum spiritu tuo!

Oremus!

(Sacerdos calicem cum patena de prima mensa ad altare portat. Acolythi hostiam, vinum, aquam de secunda mensa ad altare portant traduntque sacerdoti, qui hostiam super altare deponit, vinum et aquam in calicem infundit, calicem super altare deponit nihil dicens nisi aquam infundens „Deus, Qui humanae substantiae . . .“ Postea manus lavat dicens „Lavabo . . .“)

Interdum fideles — si fieri potest — oblationes ad secundam mensam portant vel oblationes a ministris aut ab aliis colliguntur et in mensa deponuntur.

Diebus solemnibus etiam incensatio fieri potest; fit more solito, verumtamen personae non incensantur.)

ORATIO SUPER OBLATA seu SECRETA

(Sacerdos orationem super oblata clara voce dicit et cantat haec verba:)

Per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

(Dicto „Amen“ ceroferarii cum accensis cereis e sacristia egrediuntur, ante altare vel ante altare et in utroque latere se sistunt, utroque genu flectunt et sic manent. Ceroferariis genuflexis sacerdos canonem incipit.)

Omnes per totum canonem maxima cum reverentia in suis locis stant; imbecilles tamen sedere licet. Verbis consecrationis prolatis sacerdos se profunde inclinat adorans ss. corpus Domini; signum campanula datur, ut omnes profunde se inclinantes ss. corpus Domini adorent; similiter in consecratione vini. Cum sacerdos dicit „Supplices Te rogamus“, item omnes se inclinant et inclinantes manent usque ad verba „omni benedictione caelesti“; in his verbis se erigunt et seipsos signo s. crucis signant.)

ORATIO OBLATIONIS seu CANON ACTIONIS

Dominus vobiscum!

Et cum spiritu tuo!

Sursum corda!

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro!

Dignum et iustum est.

Veré dignum et justum est, aequum et salùtare,
 nòs Tíbi semper et ubique gratiàs ágere,
 Dòmine, Sancte Pater, Omnipotens Aetèrnè Dèus,
 per Christum Domìnũ nòstrũ.
 Per Quém Majestatem Tuam laudànt Angeli,
 àdórant Dominàtiònes,
 tremunt Pòtèstàtès.
 Caelí caelorumque Virtutes ac beàtà Sêraphim
 sôcia exsultationè còncèlèbrant.
 Cum quíbus et nostras voces ut admitti jubeas, dèprècàmur
 sùpplici confessionè dícèntès:
 (*omnes canunt:*)

Sanctus, Sanctus, Sanctus
 Dominus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt caeli et terra gloria Tua.
 Hosanna in excelsis!
 Benedictus, Qui venit in nomine Domini.
 Hosanna in excelsis!

(*Sacerdos in tono praefationis ferialis canit:*)

Te ígitur, Clementissime Pater, per Jesum Christum
 Filium Tuum, Dominum nostrum, supplices rogamùs àc
 pètímus,
 ùt í accepta habeas et benedicas haec † dona, haec †
 munera, haec † sancta sacrificia illibàta,
 imprímis, quae Tibi offerimus pro ecclesia Tua sanctà càthòlica,
 quàm pácificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbè tèrràrum
 ùnà cum famulo Tuo papa nostro N. (Joànnè) et antistite
 nostrò N. (Jòsèfò).

(*Sacerdos in tono lectionis proseguitur:*)

Memento, Domine, famulorum famularumque Tuarum.. et omnium cir-
 cumadstantium, quorum Tibi fides cognita et nota devotio; qui Tibi of-
 ferunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus, pro redemp-
 tione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suae. Tibi reddunt vota
 sua Aeterno Deo, Vivo et Vero.

Communicantes et memoriam venerantes imprimis gloriosae semper Virginis
 Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi, sed et beatorum apostolorum
 ac martyrum Tuorum Petri et Pauli, [:Andreae, Jacobi, Joannis, Thomae, Jacobi,
 Philippi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Thaddaei, Lini, Cleti, Clementis,
 Xysti, Corneli, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmae et
 Damiani:], et omnium sanctorum Tuorum, quorum meritis precibusque concedas,
 ut in omnibus protectionis Tuae muniamur auxilio. Per Christum Dominum
 nostrum.

(*In tono praefationis ferialis canit:*)

Hanc ígitur oblationem servitutis nostrae sed et cun-
 tae familiae Tuae, quaesumus Domine, ut placatùs accî-
 pias

dlésque nostros in Tua pacè dispònas
 àtquè ab aeterna damnatione nòs erípias
 èt ín electorum Tuorum jubaes grege numerârì:
 per Christum Domìnũ nòstrũ.

Quam oblationem, Tu Deus, in omnibus quaesumus bene
† dictam, adscrip† tam, ra† tam, rationabilem accepta-
bilemque facerè dignèris,

quae nobis Corpus et Sanguis fiat Dilectissimi Filii Tui,
Domini nostri Jesu Christi.

Qui pridie, quam pateretur, accepit panem in sanctas et venerabiles manus
Sûas

et elevatis oculis in caelum ad Te Deum, Patrem Suum Omnipotentem,
Tibi gratias agens benedixit, frêgit deditque discipulis suis dicens:

(*submissa voce dicit:*)

**Accipite et manducate ex hoc omnes:
Hoc est enim Corpus meum.**

(*in tono praefationis canit:*)

Simili modo, postquam caenatum est, accipiens et hunc praeclarum calicem
in sanctas ac venerabiles manus Sûas

item Tibi gratias agens benedixit deditque discipulis suis dicens:

(*submissa voce dicit:*)

**Accipite et bibite ex eo omnes:
Hic est enim calix Sanguinis mei,
novi et aeterni testamenti,
[: mysterium fidei :]**

**Qui pro vobis et pro multis effundetur
in remissionem peccatorum.
Haec, quotiescumque feceritis,
in mei memoriam facietis!**

(*in tono praefationis canit:*)

Unde et memores, Domine, nos servi Tui sed et plebs Tua sancta ejusdem
Christi, Filii Tui, Domini nostri,
tam beatae passionis necnon et ab inferis resurrectionis sed et in caelos glo-
riosae ascensionis:

offerimus **PRAECLARAE MAJESTATI Tuae** de Tuis
donis ac datis hostiam † puram, hostiam † sanctam, ho-
stiam † immaculatam,
panem † sanctum vitae aeternae et calicem † salu-
tis perpétuae.

Supra quae propitio ac sereno vultu respicere digne-
ris et accepta habere,

sicuti accepta habere dignatus es munera pueri Tui
justi Abel et sacrificium patriarchae nostri Abrahae
et quod Tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech,
sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Supplices Te rogamus, Omnipotens Deus, jube haec
perferri permanus sancti Angeli Tui

in sublime altare Tuum, in conspectu Divinae Maje-
statis Tuae,

ut quoque ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii Tui cor † pus et
san † guinem sumpsimus,

omni benedictione caelesti et gratia repleamur per Christum Dominum
nostrum.

(in tono lectionis proseguitur:)

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque Tuarum, qui nos praecesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis... Ipsi, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerii, lucis et pacis ut indulgeas, deprecamur: per Christum, Dominum nostrum.

Nobis quoque peccatoribus famulis Tuis de multitudine miserationum Tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare digneris cum Tuis sanctis apostolis et martyribus, cum Joanne, Stephano, Matthia, [: Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Caecilia, Anastasia :] et omnibus sanctis Tuis; intra quorum nos consortium non Aestimator meriti, sed veniae quaesumus Largitor admitte: per Christum, Dominum nostrum.

(in tono praefationis canit:)

Per Quém haec omnia, Domine, semper creas, sancti † ficas, vivi † ficas, bene † dicis et praestàs nôbis;

për Ipsum et cum Ipso est Tibi, Deo Patri Omnipotenti, in unitate Spiritùs Sâcti

òmnis honor et glôria:

(elevat ss. Corpus Domini et calicem)

per omnia saecula saeculôrùm.

(respondit populus:)

Amen.

ORATIO DOMINICA

(Canone finito, scil. „Amen“ dicto, dimidium ceroferariorum cum cereis in sacristiam recedit. Egressis ceroferariis sacerdos canit:)

Oremus!

Praeceptis salutaribus moniti et Divina institutione formati audemus dicere:

Pater Noster, Qui es in caelis,

sanctificetur Nomen Tuum,

adveniat regnum Tuum,

fiat voluntas Tua sicut in caelo et in terra;

panem nostrum quotidianum da nobis hodie

et dimitte nobis debita nostra,

sicut et nos dimittimus debitoribus nostris

et ne nos inducas in tentationem,

(resp. pop.) sed libera nos a malo!

(sacerdos in tono orationis ferialis dicit:)

Libera nos, quaesumus Domine, ab omnibus malis... *(et canit:)* per omnia saecula saeculorum.

(resp. pop.:) Amen.

(ceroferarii, qui in sacristiam abierunt, sine cereis regrediuntur et sua loca petunt.)

OSCULUM PACIS

(Sac. canit:) Pax Domini sit semper vobiscum!

(pop. resp.:) Et cum spiritu tuo!

(Sacerdos osculatur altare. Fideles, si capaces sunt et viri atque mulieres in locis separatis stant, invicem „pacem“ dare possunt secundum mores patrios sive osculo sive amplexu sive manum dando.)

(*Sacerdos secrete dicit:*) Domine Jesu Christe, Qui dixisti . . .

FRACTIO PANIS cum CANTU „AGNUS DEI“

(*Sacerdote s. hostiam, cui apte imago agni impressa est, frangere incipiente signum campanula datur; cantores cantant „Agnus Dei, qui tollis peccata mundi“ et populus cantat „miserere nobis“, quod ter repetitur. „Agnus Dei“ etiam aliis modis et usque septies cantari potest; e. g. pueris, puellis, viris, mulieribus, omnibus alternantibus.*)

(*sacerdos particulam in calicem mittens secrete dicit:*)

Haec commixtio et consecratio . . .

DOMINICA COENA seu COMMUNIO

(*Sacerdos secrete dicit:*) Domine Jesu Christe, Fili Dei Vivi . . .

(*vel alternans:*) Perceptio Corporis Tui . . .

Panem caelestem . . .

(*ter:*) Domine non sum dignus . . .

Corpus Domini nostri . . .

Quid retribuam . . .

Sanguis Domini nostri . . .

(*deinde alta voce dicit:*)

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

(*fideles ter dicunt:*)

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

(*Dum sacerdos ss. Corpus Domini fidelibus distribuit, „Communio“ cantatur. Communione finita alterum dimidium ceroferariorum cereos in sacristiam portat et deinde revertitur.*)

(*sacerdos secrete dicit:*) Quod ore sumpsimus . . .

Corpus Tuum, Domine . . .

ORATIO AD COMPLENDUM

Dominus vobiscum!

Et cum spiritu tuo!

Oremus! . . . per omnia saecula saeculorum.

Amen.

DIMISSIONE

Dominus vobiscum!

Et cum spiritu tuo!

Ite, missa est!

Deo gratias!

(*in missis defunctorum:*)

Requiescant in pace!

Amen.

(*sacerdos — praeter missas defunctorum — alta voce dicit:*)

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater et Filius † et Spiritus Sanctus.

(*pop. resp.*) Amen.

Sacerdos cum ministris in sacristiam reversus, antequam s. vestimenta exuit, dicit: Placeat, Tibi, Sancta Trinitas . . . Per Christum Dominum nostrum. Ministri respondent: Amen.

LITANEI mit KYRIE ELEISON

(An Sonn- und Fest-Tagen)

Für die unbefleckte Kirche des lebendigen Gottes, die über den ganzen Erdbereich erbaut ist, laßt uns den Reichtum der göttlichen Güte erbitten! R. Herr, erbarme Dich unser!

Für die geweihten Priester des großen Gottes, die Diener des heiligen Altares und alle Völker, die den wahren Gott verehren, wollen wir Christus den Herrn anrufen! R. Herr, erbarme Dich unser!

Für alle, die das Wort der Wahrheit recht verkünden, laßt uns zur vielgestaltigen Weisheit des Wortes Gottes flehen! R. Herr ...

Für die, die sich an Geist und Leib um des Himmelreiches willen aufopfern und in geistlichen Arbeiten sich abmühen, wollen wir den Spender der geistlichen Gaben bitten! R. Herr ...

Für die gläubigen Herrscher und ihre ganze Gefolgschaft, die Gerechtigkeit und Rechtschaffenheit lieben, wollen wir die Macht des Herrn anrufen! R. Herr ...

Um heiteres Wetter, rechtzeitigen Regen, die Annehmlichkeit einer gesunden Luft und einen gedeihlichen Verlauf der Jahreszeiten wollen wir den Herrn, den Lenker der Welt, bitten! R. Herr ...

Für die, welche die erste Erkenntnis des Christentums berührt oder die schon das Verlangen nach himmlischer Gnade entzündet hat, wollen wir die Barmherzigkeit des allmächtigen Gottes anflehen! R. Herr ...

Für die, die das menschliche Elend einer Krankheit oder böser geistlicher Neid oder die mannigfaltige Täuschung der Welt umfassen hält, wollen wir die Barmherzigkeit des Erlösers bitten! R. Herr ...

Für die, die reisen müssen oder die eine ungerechte Macht bedrückt oder feindliche Drangsal quält, wollen wir den Herrn und Erlöser bitten! R. Herr ...

Für die, die durch den falschen Glauben der Juden oder durch die Verkehrtheit der Irrlehrer getäuscht sind oder die der Aberglaube der Heiden umfassen hält, wollen wir den Herrn der Wahrheit bitten! R. Herr ...

Für die, die sich frommen Werken hingeben und die den Nöten der Leidenden in brüderlicher Liebe zu Hilfe kommen, wollen wir den Herrn der Erbarmungen anflehen! R. Herr ...

Für alle, die diese Hallen des heiligen Hauses Gottes mit frommen Herzen und demütiger Andacht betreten, wollen wir den Herrn der Herrlichkeit gebührend anrufen! R. Herr ...

Um Reinheit von Seele und Leib und um Verzeihung aller Sünden wollen wir den mildesten Herrn demütig bitten! R. Herr ...

Für die Erquickung der gläubigen Seelen, besonders der heiligen Priester Gottes, die Vorsteher dieser katholischen Kirche waren, wollen wir den Herrn der Seelen und den Richter alles Fleisches bitten! R. Herr ...

(Schluß folgt)

Seckau

P. Johannes Bonell OSB.